UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Capvt VIII. De satisfactionis neceßitate & fructu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

Visual Library

qui præſente ſuo Parocho, vel ſuperiore, ab eo potius, quàm ab ali ſe abſolui curat.

λ *Et cenſuris abſoluere poſſunt.*] Vide P. Henriq. in ſum. li. 6. c. 9.

μ *Extra quem articulum Sacerdotes, &c.*] Vtrum is, qui non hab poteſtatem abſoluendi à reſeruatis, poſſit extra periculum morti alijs peccatis abſoluere eum, qui tales caſus habet? Vide Syluestr. bo Confeſſio 1. q. 19. P. Henriq. li. 6. c. 15. n. 1. P. Soar. tom. 4. diſpu ſect. 3. nu. 2. P. Ægid. d. tom. 2. diſp. 8. nu. 99. & diſp. 31. ſect. 3. P. Va Reginald. d. li. 1. nu. 63.

Capvt VIII.

De ſatisfactionis neceſſitate & fructu.

a de pœn. diſt. 3. circa princ.

DEmum, *a* quo ad Satisfactionem, quæ ex omni Pœnitentiæ partibus, quemadmodum à Patri noſtris Chriſtiano populo fuit perpetuo tempore c mendata; ita vna maximè noſtra ætate, ſummo piet prætextu impugnatur ab ijs, qui ſpeciem pietatis hab virtutem autem eius abnegarunt: ſancta Synodus de rat, falſum omnino eſſe, & à verbo Dei alienum, culp à *b* Domino nunquam remitti, quin vniuerſa etiam na condonetur. Perſpicua enim & illuſtria in ſacris ris exempla reperiuntur, quibus, præter diuinam tionem, hic error quam manifeſtiſſimè reuincitur. *& diuinæ iuſtitiæ ratio* exigere videtur, vt aliter ab eo tiam recipiantur, qui ante Baptiſmum per ignoran deliquerint; aliter verò, qui ſemel à peccati & dæm ſeruitute liberati, & accepto Spiritus ſancti dono, ter templum *c* Dei violare, & Spiritum ſanctum co ſtare non formidauerint. Et Diuinam clementiam de ne ita nobis abſque vlla Satisfactione peccata dim tur, vt, occaſione accepta, peccata leuiora putantes, iniurij & *d* contumelioſi Spiritui ſancto, in grauiora mur, theſaurizantes nobis iram in die iræ. Procul enim magnopere à peccato reuocant, & quaſi freno dam coërcent hæ ſatisfactoriæ pœnæ, cautioreſque gilantiores in futurum pœnitentes efficiunt; mede quoque peccatorum reliquijs; & vitioſos habitus,

b infr. can. 12. Gen. 3. 2. Reg. 12. Num. 12. & 20 Seſſ. 6. can. 30. & cap. 14.

c 1. Cor. 3. Eph. 4.

d Heb. 10. Rom. 2.

viue

viuendo comparatos, contrarijs virtutum actionibus tollunt. *a* Neque verò ſecurior vlla via in Eccleſia Dei vnquã exiſtimata fuit ad amouendam imminentem à *b* Domino pœnam, quàm vt hæc pœnitentiæ opera homines cũ verò animi dolore frequentent. Accedit ad hæc, quòd dum ſatisfaciendo patimur pro peccatis, Chriſto Ieſu, *c* qui pro peccatis noſtris ſatisfecit, ex quo omnis noſtra ſufficientia eſt, conformes efficimur, certiſſimam quoq; inde arrham habentes; quòd ſi compatimur, & conglorificabimur. Neque verò ita noſtra eſt ſatisfactio hæc, quam pro peccatis noſtris exoluimus, vt non ſit per Chriſtum Ieſum. *γ d nam qui ex nobis, tanquam ex nobis nihil poſſumus*; eo cooperante qui nos confortat, omnia poſſumus. ita non habet homo vnde glorietur: *e* ſed omnis gloriatio noſtra in Chriſto eſt, in quo viuimus, in quo meremur, in quo ſatisfacimus, *f* facientes fructus dignos pœnitentiæ, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, & per illum acceptantur à Patre. Debent ergo ſacerdotes Domini, quantum Spiritus & prudentia ſuggeſſerit, pro qualitate criminũ, & pœnitentium facultate, ſalutares *e & conuenientes ſatisfactiones iniungere*: ne, ſi fortè peccatis conniueant, & indulgentius cũ pœnitentibus agant, leuiſſima quædam opera pro grauiſſimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, vt Satisfactio, quam imponunt, non ſit tantùm ad nouæ vitę cuſtodiam, & infirmitatis medicamentùm; ſed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam & caſtigationem: *g* nam Claues ſacerdotum non ad ſoluendum dumtaxat, ſed & ad ligandum conceſſas, etiam antiqui Patres & credunt & docent; nec propterea exiſtimarunt, Sacramentum Pœnitentiæ eſſe forum iræ vel pænarum, ſicut nemo vnquam Catholicus ſenſit, ex huiuſmodi noſtris ſatisfactionibus im meriti & *h* ſatisfactionis Domini noſtri Ieſu Chriſti el obſcurari, vel aliqua ex parte imminui: quod dum Noatores intelligere nolunt, ita optimam Pęnitentiam noam vitam eſſe docent, vt omnem Satisfactionis vim & um tollant.

a *Ezech. 33. Ion. 3. Hier. 3. 18. & 25.*
b *Eſa. 30. Eccl. 17. Matt. 3. 4. 11. & 18. cũ ſim.*
c *Rom. 5. 1. Ioan. 2. in princ. 2. Cor. 3 Rom. 8.*
d *2. Cor. 3. Philip. 4. 1. Cor. 1. in fi.*
e *1. Cor. 10. in fi. Gal. 6. Act. 17.*
f *Mat. 3. & 4 Luc. 3. 10. 17.*
e *tempora, cũ multis ſeq. 26. q. 7. c. de pœnitentib. de cõſ. diſt. 4. Cõc. Carthagin. 3. c. 31. & Conc. Carth. 4. c. 74. Cõc. Cabilon. c. 34 & 38. Concil. Afric. c. 9.*
g *Matt. 16. & Ioan. 20. ſup. cu. 1. in fin. & infr. can. 3. & vlt. de pœn.*
h *infr. can. 15*

REMIS-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

REMISSIONES.

α VIde Bald. Iunium ſuper opera controuerſ. Bellarm. p. 2. li. 3. c. per totum. P. Luc. Pinel. de Sacram. Pœnit. tract. 3. P. Ægid. Coninck. de Sacramentis, & cenſuris, to. 2. diſp. 2. dub. 12. num. 10. diſ. 4. n. 26. in fi. Pet. Ledeſm. in ſum. p. 1. tract. de Pœn. c. 23.

β *Sanè, & diuinæ iuſtitiæ ratio, &c.*] Vide P. Vaſquez in 3. p. B. Thomæ tom. 2. diſp. 157. num. 54.

γ *Nam qui ex nobis, tanquam ex nobis nihil poſſumus.*] Ex parte perſonæ ſatisfacientis an requiratur primò vt ſit in gratia? Affirmat B. Thom. & B. Bonau. P. Ægid. d. tom. 2. diſp. 10. nu. 22. cum ſeqq.

δ An confeſſor poſſit inuitum pœnitentem obligare ad pœnitentiam, & ſi non acceptet, peccet ob id lethaliter contra aliquod præceptum? Negant Nau. in Man. c. 26. num. 20. & in c. contrarium de pœnit. diſt. 5. n. 18. poſt Caiet. Armil. Med. Sylueſt. & alios. Fr. Lud. Beia. reſponſ. caſuum conſcientiæ p. 3. caſu 3. verſ. ex parte ergo pœnitentis, P. Paul. Comitol. reſponſ. Moral. li. 1. q. 35. Pat. Ioannes bello, *na hiſtoria dos milagres de noſſa Senhora do Roſario* li. 3. di. Cened. ad Decretum collect. 40. nu. 2. P. Valer Regin. d. lib. 7. Affirmant tamen pœnitentem ſub peccato mortali teneri accipere & implere pœnitentiam à Confeſſario pro peccato mortali legitimè iniunctam, ſi materia grauis ſit, & velit abſolutionem conſequi. ... ctor. de Sacram. nu. 209. Per Sot. lect. 4. de ſatisfact. §. impoſitio pœnitentiæ, P. Soar. tom. 4. diſp. 38. ſect. 7. num. 2. poſt Magiſt. B. Th. & Palud. P. Ægid. de Sacram. tom. 2. diſp. 10. num. 79. P. Luc. Pin. tract. 3. de ſatisfact. dub. 4.

ε *Et conuenientes ſatisfactiones iniungere.*] Vide P. Henriq. in ... li. 5. c. 20. §. 5. & c. 21. in princip. P. Ægid. d. tom. 2. diſp. 10. à nu. ... ſeqq. & à num. 70. P. Valer. Regin. in praxi fori pœnit. li. 7. à n. ... Paul. Comitol. reſponſ. Moral. li. 1. q. 35. nu. 2. Fr. Ludou. Beia ca... conſcientiæ p. 3. caſu 1. fol. 275. & caſu 2. fol. 281. verſo.

CAPVT IX.

De operibus Satisfactionis.

α DOcet præterea, tantam eſſe diuinæ munificentiæ largitatem, vt non ſolùm pœnis, ſpontè à nobis vindicando peccata ſuſceptis, aut ſacerdotis arbitrio pro menſura delicti impoſitis, ſed etiam, quod maximum amoris *a* argumentum eſt, temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Chriſtum Ieſum ſatisfacere valeamus.

a c. ſunt plures; in fi. de pœn. diſt. 3.

RE...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN